MED. PALAT. BIBL. CAES.

FLORENTINA PROCESSIONUM.

SEreniſſime, & Reverendiſſime Domine. In ſolemnibus proceſſionibus, quæ in Civitate Florentiæ celebrantur, & præſertìm in diebus Feſtis Santiſſimi Corporis Chriſti, & S. Joannis Baptiſtæ dictæ Civitatis Protectoris, præferuntur, ut audio, duæ Cruces, altera Reverendiſſimi Capituli, ac Metropolitanæ Eccleſiæ Florentinæ, & altera Reverend. Patrum Abbatialis Eccleſiæ S. Mariæ Ordinis Caſſinenſis, cum hoc tamen ordine, ac diſtinctione, quod Crux Reverendiſſimi Capituli, ac Metropolitanæ Eccleſiæ præire, Crux autẽ Eccleſiæ Abbatialis nonnullos poſt paſſus inſequi ſolet, illa longioris, iſta autem brevioris eſſe menſuræ. Incedunt poſteà Confraternitates Laicorum, Religioſi Ordines etiàm Monachi, Cœtus Clericorum Sæculatium Eccleſiarum inferiorum, & ſignantèr Inſignis Collegiatæ Eccleſiæ S. Laurentii, omnes ſub propriâ uniuſcujuſque Corporis Cruce; & noviſſimè Reverendiſſimum Capitulum, & Canonici Eccleſiæ Metropolitanæ.

At licèt norma dirigendi Proceſſiones cum præmiſſione duarum Crucium, unius nempè Metropolitanæ Eccleſiæ, & alterius Reverend. Patrum Caſſinenſium, ab omni penitùs honeſtate abhorreret, quantũcùmque etiàm, ut præmiſi, Crux Metropolitanæ Eccleſiæ ſoleret anteire, Crux autem Patrum Caſſinenſium in nonnullorum paſſuum diſtantia ſubſequi, illa longioris, iſta autem brevioris eſſe menſuræ: attamèn Patres Caſſinenſes hoc non cõtenti, & nimiùm ultra debitum Juris ordinẽ anhelantes honorantiarũ ſuarum fimbrias dilatare, cœperunt nupèr velle ſuam Crucem non jàm poſt aliquos retrò paſſus progredi, ſed unitìm, & pari paſſu cum Cru-

ce Eccleſiæ Metropolitanæ, & non jàm brevioris menſuræ deferre Crucem, ſed ejuſdem, niſi forsàn etiam longioris Eccleſia Metropolitana.

Quamobrem animoſa ejuſmodi dictorum Patrum pretenſione Eccleſia Metropolitana dignè commota, conſilium iniit litis deſuper in Romana Curia capeſſendæ. Sed cum poſt multos tractatus, multaſque Patrum tergiverſationes, controverſia tandèm tota in perſonam Celſitudinis Veſtræ Reverendiſſimæ compromiſſa fuerit, ſperare fas eſt, Celſitudinem Veſtram pro ea ſumma, qua pollet Sapientia, ac Zelo Juſtitiæ, pronunciaturam fore, non poſſe Patres Caſſinenſes in principio Proceſſionum perferre Crucem, ſed ſuo tantum loco, & immediatè ante ſeipſos, quemadmodùm alia quæcumque corpora faciunt; Et in omnem caſum nunquam certè Crucem perferre poſſe unitìm, & in linea æquali cum Eccleſia Metropolitana, ſed ſolum nonnullis paſsibus retrò, atque ordine ſucceſsivo, proùt nec ejuſdem cum Eccleſia Metropolitana menſuræ Crucem perferre poſſe, ſed tantum breviorem.

Et ſanè non licet dictis Patribus in principio Proceſſionum perferre Crucem, ſed ſuo tantum loco, & immediatè antè ſeipſos; quoniam omnia cum ordine agenda ſunt juxta illud Apoſtol. 1. ad Corinth. in „ fine Ibi -- Omnia honeſtè, & ſe„ cundum ordinem fiant in vobis *Ciriac. controv.* 201. *num.* 10., *& controv.* 202. *num.* 12., *Villoſ. poſt tract. de fugitiv. diſſert.* 2. *num* 4., *& duobus ſequen*, *Hermoſill. ad lopez partit.* 5. *in prolog. gloſſ.* 2. *num.* 130. *Rot. deciſ.* 148. *num.* 6. *part.* 14. *recent.*

Quod vel maximè procedit in Proceſſionibus, quæ ab ordinato proceſſu, tamquam per antonomaſiam proceſſiones dicuntur, *ut in d. tract. de proceſſio. impreſſ. Pariſ anno* 1641. *cap. pr. in princ.*, *Petr. Gregor. Tholoſan. partit. Jur. Canonic. lib. pr. cap.* 3., *Campanil. in diverſ. Jur. Canonic. rubric.* 12. *cap.* 13. *numer.* 118., *Caſtald. in prax. Ceremon. lib.* 2. *ſect.* 2. *de proceſſion. cap. pr. num. pr.*, *Marant. controv. Jur. part.* 3. *reſponſ.* 29. *num.* 12. *Thomaſ. tract. var. tom.* 4. *tract. de prebeminent. ſeù præced. ſub num. pr. verſ. Et ordinem fol.* 139.

Ordo autèm præcisè poſtulat, ut unumquodque corpus incedat ſub propria Cruce, ut ſcribunt *Caſtald. de Ceremon. Sacr. lib.* 2. *ſect.* 10. *de pro„ ceſſion. cap. pr. num.* 6. Ibi ! In genera„ libus Proceſsionibus, & quoties plu„ res Eccleſiaſticorum Ordines tàm „ Regularium, quàm Sæcularium „ conveniunt, antè quemlibet Ordi„ nem ſua Crux deferatur. *Quart. de proceſſion. punct.* 6. *ſub num.* 19. *fol.* 14. „ Ibi ! præferatur Crux ita ùt antè „ ſingulos tùm Religioſorum Ordi„ nes tùm Cleri Secularis Crux pro„ deat, & fulgeat *Pax Jordan. lucubr. diverſ. tom.* 2. *lib.* 11. *titul.* 2. *num.* 17 „ Ibi -- Quando in proceſſionibus „ quilibet Clerus Eccleſiarum habet „ propriam Crucem, quiſque ſub „ propria debet incedere *Barboſ. in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect.* 605. *num.* 19.

„ 19. Ibi = in Proceſſionibus, in
„ quibus quilibet Clerus Eccleſiarum
„ ſub propria Cruce incedit, ſub ea-
„ dem Cruce propria incedere debet *Capon. diſcept.* 198. *la ſeconda verſicul. Inſuper tom.* 3.

Et quod in ſpecie nequeant in proceſſionibus plures premitti Cruces, ſed debeant ſingulæ diſtinctìm deferri, & unuſquiſque Ordo procedere ſub ſua Cruce, pluriès reſolvit Sacra Rituum Congregatio ut in Heritonen. 16. Maii 1588., & in Verulana 31. Maii 1579., & in Sarana 30. Julii 1616., & in Senogallien. 29. Novembris 1632., prout ex reſolutionibus per extenſum relatis per *Pignatell. conſult. Cononic. tom. 4. conſult.* 30. *num. 7., & tribus ſequen., & tom. 6. conſult* 58. *num* 12., *Nicol. in ſuis Floſculis in verbo proceſſio num.* 10.

Et ſumma quidèm ratione; nam proceſſiones ſunt quædam Caſtrorum acies ordinatæ, ut notat liber inſcriptus *Gemma Animæ inter diverſor. de Divin. Offic. fol.* 696. *column.* 2. *litt. B., & tract. de proceſſion. impreſſ Pariſ. anno* 1641. *cap.* 3. *in princip., Quart. eodem tract. ſect. pr. punct.* 9. *miſter.* 2. *fol.* 28., *& punct.* 11. *num.* 12. *fol.* 37., *Pax Jordan. lucubr. diverſ. tom.* 2. *lib.* 11. *tit.* 2. *num.* 29., *Capon. diſcept.* 189. *num.* 17. *ubi quod hoc eſt prælium, de quo*
„ *Apoſtolus ait*, non eſt vobis collu-
„ ctatio adversùs carnem, & ſangui-
„ nem, ſed adversùs Principes, & Po-
„ teſtates tenebrarum.

Et hujus militię ſigna ſunt Cruces, quę diſtinguunt Eccleſiaſticos Ordines, ut Vexilla militares cohortes, ut monent *Lipſius de Cruce lib.* 3. *cap.* 5., *Calà eodem tract. cap.* 13. *litt. C. dictus liber inſcriptus Gemma Animæ inter diverſor. de Divin Offic. fol.* 696. *column.* 2. *litt. C., dictus tract. de promiſſion. impreſſ. Pariſ. dicto cap.* 3. *verſ. Crux inquit fol.* 20. *Pax Jordan. lucubr. diverſ. tom.* 2. *lib.* 11. *tit.* 2. *num.* 15., *Capon. diſcept.* 198. *la ſeconda verſ. inſuper, & verſ. idem docet, Tignatell. conſult. Canonic. tom.* 2. *conſult.* 30. *num.* 7., *& tom.* 6. *conſult.* 58. *num.* 3.

Undè quemadmòdum in militia ſæculari debent omnes militare ſub Juris ſignis, ut docet *Bald. in leg. pr., & in leg.* 2. *utrobique numer. prim. Cod. quibus non obiicitur præſcriptio longi temporis*, *Cephal conſil.* 110. *num.* 25. *lib. pr. Thomaſ. Actius de ludo ſchaccor. quæſt.* 6. *principal. num.* 2. *inter tract. magnos tom.* 7. *fol. mihi* 177., ità etiam in militia Eccleſiaſtica omnes debent incedere ſub ſuis Crucibus, nec ab iis ullatenùs ſeparare ſe valent, ut concludunt *Tignattell. conſult. Canonic. tom.* 4. *conſult.* 30. *num.* 7. *optimè Capon. dicta diſcept.* 198. *la ſeconda ſub verſ. inſuper* Ibi - Cum
„ ergò quilibet Dux, & Capitaneus in
„ militia prophana, licèt ſub eodem
„ Principe, proprium ſignum defe-
„ rat: meritò quælibet Sacra Militia
„ ſub proprio Vexillo incedere debet.

Quod & confirmatur ex eo quod Eccleſia Militans a Deo conſtituta, atque ordinata fuit ad ſimilitudinem Triumphantis juxta illud *Exo-*
„ *di* 17. Ibi — Vide, & fac omnia ſe-
„ cundum exemplar, quod tibi mon-
„ ſtratum eſt, *& juxta illud Apoſtoli ad He-*

„ *Hæbreos* 9. Ibi -- Hæc omnia exemplaria ſunt Cæleſtium *D. Gregor. in Job.* Ibi -- Ordo quidem Cæli in Terra ponitur, hoc eſt in Militante Eccleſia, cum à Triumphantis Eccleſiæ exemplari militans diſponatur, & formetur, *B. Dyoniſius in tract. de Eccleſiaſt. Hierarch. cap. 6.* Ibi -- Noſtra enim Hierarchia a Deo traditis Ordinibus Sanctè diſpoſita, Sanctis, & Cæleſtibus Hierarchiis conformis eſt, & pluribus relatis tradunt *Valenzuel. conſil pr. num. 3. lib. pr. Manſ. conſult. 589. num. 4., & 5. lib. 6. Pegaſ. de competent. part. 2. cap. 64. num. 6. fol. 150.*

Quo fit, ut cum in Eccleſia Triumphante novem ſint Chori Angelorum, ut ait *D. Gregor. in Homil. 34., & in can. principium de pænit. diſtinct. 2.,* & in Domo Domini manſiones ſint multæ, *ut in can. in domo de pænit. diſtinct. 4.;* Chori autèm Angelorum omnes ſint ordine diſpoſiti, & inter ſe diſtincti, ut ex *Concilio Toletano decimo relato in can. ad hoc diſtinct. 89., ſentiunt Bordon. oper. moral. tom. 4. in theatr. præcedent. num. 158. Cecoper. lucubr. Canonic. lib. pr. num. 19., Altaſerr. in Decretal. Innocent. III. lib. pr. tit. 33. cap. 5. in princip.,* & cuilibet manſionis Domus Domini præpoſitus ſit ſuus Capitaneus, ſivè Dux, ut per *Chaſſan. in Cathalog. glor. mund. part. 3. conſiderat. 6. verſ. ſed ad declarationem Thomaſ. tract. var. tom. 4. tract. de præheminent., ſeù præcedent. ſub num. 3. verſ. Deus creavit fol. 140.:* Meritò proindè etiam in Eccleſia Militante Eccleſiaſtici Cætus ordine diſpoſiti, & inter ſe diſtincti, & ſinguli ſub ſuo Capitaneo, ſivè ſigno incedere debeant, proùt ad ſimiles effectus arguunt Sanctæ mem. Pius II. in Bulla impreſſ. *penès Petr. Matth. verſ. requirit autèm Ordo fol. mihi 113., Caſſan. in Cathalog. glor. mund. part. prim. concluſ. 50. fol. 40., Cyriac. controv. 201. num. 8., Roderic. quæſt. regular. tom. 3. quæſt. 37. articul. 2. Tondut. quæſt. beneſic. part pr. cap. 81. num. pr., & ſequen., Capon. diſcept. 198. nu. 17., & ſequen., Carol. Anton. de Luc. in ſchol. ad Gratian. deciſ 16. num. pr., Rot. in Oppiden. Proceſſionum 18 Maii 1646. in princip. circa fin. coram 60. mem. Veroſpio.*

Accedit, quod eatenùs Crux Eccleſiæ Metropolitanæ præmittitur in proceſſionibus, quatenùs Eccleſia Metropolitana dicitur Matrix, & Caput omnium aliarum Eccleſiarum *cap. Venerabilis de verbor. ſignificat., cap. ex tranſmiſſa de præſcript. Boer. in tract. de auctorit. Magn. conſil. num 15. in fin. Franc. de Eccleſ. Cathedral. cap. 15. nu. 166. & pluribus ſeq., Paſqualig. quæſt. moral. Canonic. centur. pr. quæſt. 79. num. 6.* Et proptereà nullius cujuſvis Eccleſiæ Crux cum ea præmitti debet, quià inferiores Eccleſiæ nullam in dicta Matricitate, & Superioritate Eccleſiæ Metropolitanæ partem, ſeù Communionem ſibi aſſerere valent, ſed ſe habent inferiores Eccleſiæ reſpectu Eccleſiæ Cathedralis tanquam filiales, ac ſubditæ *ad text. in cap. requiſiſti §. Secùs autem de teſtamen. Rot. deciſ. 1057. num. 15. coram clar. mem. Emerix Jun.*

Et quod tollit omnem difficultatem, eſt,

eſt, quod ſi licitum fieret dictis Patribus in principio Proceſſionum habere Crucem, ſequeretur abſurdum, quod Crux dictorum Patrum præcederet Cruces tot Ordinum Clericorum Sæcularium, ac etiàm Collegiatarum, quæ in proceſſionibus interveniunt, cum tamèn exploratiſſimum ſit, quod Clerus Sæcularis ab exordio naſcentis Eccleſiæ à Sanctis Apoſtolis conſtitutus, tanquam dignior, & antiquior, Clerum Regularem omninò præcedere debet, ut per *Ferr. de præcedent. quæſt.* 14. *in princ.*, *Roderic. quæſt. Regular. tom.* 3. *quæſt.* 37. *artic. pr. Quart. de proceſſion. punct.* 4. *quæſt. pr. ſub num.* 205. *fol.* 150. *Cardinal. De Luc. miſcell. Eccleſiaſt. diſcur.* 39. *num.* 4. *Nonar. in Lucerna Regular. verb. præcedent. num.* 4. & *U.*, *Panimoll. deciſ. pr. annotat.* 3. *num. pr.*, & *ſeq.*, *Rot. in Oppiden. Proceſſionum* 18. *Maii* 1646. *in princip. coram bon. mem. Veroſpio*, proùt reipsà in Ceremoniale Epiſcoporum *lib.* 2. *cap.* 32. per Bullam San. mem. Clementis VIII. confirmato, omnimoda præcedentia Clero Sæculari ſupra Regularem præſervatur.

Ex quo etiàm oritur aliud abſurdum, quod ſcilicet dicti Patres reſpectu Crucis præcederent multos ordines Clericorum Sæcularium, & nonnullos etiàm ordines Regularium ſibi potiores, reſpectu autem ſui met ipſorum corporis non præcederent; & ſic quod unus, & idem ordo, præcederet, & non præcederet, quod ferri non debet, ut conſiderant *Pignatell. conſult. Canonic. tom.* 4. *conſult.* 19. *num.* 13., *Cardinal. De Luc. de præheminent. diſc.* 25. *num.* 8. *Manſ. conſult.* 589. *num.* 13. *tom.* 6.

Nec in contrarium recurri valet ad conſuetudinem; quià fruſtra conſuetudinem obiiciunt, qui vincuntur ratione inquit *Rot. deciſ.* 404. *nu. pr. part* 16. *recent.*: tanto magis quià cum olim nimiùm controverſum foret, an Regulares, & præſertim Monachi compelli poſſent accedere ad Publicas proceſſiones, ut conſtat ex pluribus Sacræ Rituum Congregationis decretis apud *Pignatell. conſult. Canonic. tom.* 3. *conſult.* 45. *num.* 15., & *pluribus ſequen.*; nec uſquè adeo etiam expeditum foret, an Clerus Sæcularis ſaltem inferior præcedentiam ſibi vindicare poſſet ſupra Clerum Regularem, ut ex aliis Sacræ Rituum Congregationis decretis apud Rotam *in dicta Oppiden Proceſſionum in principio coram bon. memor. Veroſpio*: Non eſt mirum, quod forsàn illis temporibus Archiepiſcopus, vel Capitulum indulſerint Monachis Adverſariis in principio Proceſſionum habere Crucem poſt illam Eccleſiæ Metropolitanæ per modum cujuſdam temperamenti, ſivè concordiæ, quæ proindè hodie poſt controverſias præfatas jamdùdum contra regulares in Judicatum tranſactas ampliùs attendi non debet, ex traditis per *Cyriac. controv.* 201. *num.* 19. & 20. *Manſ. conſult.* 589. *numer.* 25. & *duobus ſequen. tom.* 6. *Rot. deciſ.* 229. *nu.* 9 *penes Poſth de manuten.*: Undè præcedentias non eſſe firmas, ſed paſ-

ſim

ſim variabiles ſecundum conditiones temporum, & perſonarum obſervat *Roderic. quaſt. Regular. tom.* 3. *quaſt.* 37. *artic.* 2. *in fin.*

Et Ulteriùs dicta conſuetudo confunditur, tùm ex eo, quod eſt contra bonum Eccleſiæ, quod præcipuè conſiſtit in ordine, ut ex *D. Auguſtino monet Lucas de Penna in leg.* 2. *circa princip. Cod. de prox. Sacro. Scrinio. lib.* 13. *Altamiran. de viſitat. verbo debeat quidèm num.* 39., *Hermoſill. ad Lopez. partid.* 5. *in prolog. gloſſ.* 2. *num.* 130., *Manſ. conſult.* 589. *numer.* 7. *libr.* 6.; Proceſſionem etenìm turbare dicitur, qui ſuo loco, & debito ordine non incedit, ſunt verba *D. Bernardi Sermon. in Feſto Purification. Beata Mariæ Virginis*, recenſita per *Quart. de proceſſion. punt.* 11. *num.* 47., *& fol.* 38. Cumque ordines procedendi in terrena hierarchia ad ſimilitudinem Cæleſtis, ut ſuprà, ſtatuti ſint, nullà prorsùs conſuetudine ſubverti valent, eregiè *Thomaſ. tract. varii tract. de præcedent. in princip. fol.* 139. Ibi -- „quem ordinem in terris etiàm ſervare debemus, non etiàm conſuetudine ſubvertere, & meliùs *Quart. de proceſſion. ſect.* 2. *punct.* 3. *num.* 158. *fol.* 138. Ibi -- „Tenentur utiquè Eccleſiaſtici ſervare in proceſsionibus ritus conſuetos, & ab Eccleſia præſcriptos, quià ſine illis carent proceſſiones ſuo decore, & ordine, ac debita forma; cum enìm proceſſiones fiant nomine Eccleſiæ, non privato cujuſque arbitrio, ſed ex præſcripto Eccleſiæ dirigi, & ordinari debent.

Tum etiàm quià dicta conſuetudo, tanquam ex præmiſsis, præferens Crucem Monachorum Crucibus tot Cętuum Clericorũ Sęcularium, & ſic præcedentiam Cleri Regularis ſuprà ſæcularem in volvens ſublata fuit per Bullam Sanctæ mem. Clementis VIII. confirmatoriam Ceremonialis Epiſcoporum, per quam ſcilicet derogatum fuit quibuſcumque conſuetudinibus concontrariis formę in d. Ceremoniali pręſcriptę, addito decreto irritante, quod eamdem vim habet tollendi quaſcumque contrarias conſuetudines, adeoùt hoc ſtante nulla penitùs cõſuetudo ad vindicandam ſibi præcedentiam ſupra Clerum Sęcularem Clero Regulari prodeſſe valeat, ut aſſerunt *Sperell. deciſ.* 179. *num.* 34., *& ſequen. lib.* 2. *Rot. deciſ.* 647. *num.* 11. *part.* 4. *tom.* 3., *& deciſ.* 87. *num.* 20. *part.* 17. *recent.*, *& in dicta Oppiden. proceſſionum §. Quià eadem conſuetudo coram bon. mem. Veroſpio.*

Tum demùm quià dicta conſuetudo non tenet tamquam irrationabilis, quià non eſt ratio, cur Patres Adverſarii non debeant antè ſemetipſos deferre Crucem, proùt deferunt alia quæcumque tam Sæcularia, quam Regularia corpora, & cur eorum Cruci locus concedi debeat in principio proceſſionũ poſt Crucem Eccleſiæ Metropolitanæ, & viceversà concedi non debeat tot cætibus Clericorum Sæcularium, & forsàn etiam aliis Religioſis, qui ſunt iis dignores, & antiquiores; ſicuti enìm de eſſentia legis, ità etiam

de eſ-

de eſſentia conſuetudinis eſt, quod ſit rationabilis, aliàs non valet *Calvin. de æquit. lib.pr.cap.69. nu.52. Bonden. colluct.legal.tom.2. colluct.14. num. 71., Manſ. conſult.6. num.78., & conſult.589. num. 22. & ſequen., Adden. ad deciſ.28. num. 231. part. 3. recent., Rot. deciſ.4. num.37. coram Sanctæ memoria Alexandro VIII., & deciſ. 18. num.14. poſt Antonell. de Jurib., & onerib. Clericor.*

Verùm quatenùs per modum diſcurſus admitti poſſet, quod Patres Adverſarii procul à ſuimetipſorum corpore Crucem deferrent in principio Proceſſionum (quod tamèn ex hucuſquè firmatis non credimus ullatenus admittendum) neutiquam planè tollerari valet, quod Crucem perferant unitim, & in linea ęquali cum Cruce Eccleſię Metropolitanæ, ſed dumtaxat aliquibus retrò paſſibus, atque ordine ſucceſſivo. Id autem in primis convincitur ex dignioritate, ac præcellentia Eccleſiæ Metropolitanæ ſupra alias quaſcumque, quæ exigit, ut ejus Cruci prior locus debeatur in proceſſionibus *Quart. de proceſſion. ſect.2.punct.4.num.206.fol.150., Barboſ. de Canonic., & dignit.cap.18. num. 50., Paſqualig. quæſt. moral. centur. pr. quæſt.79. num.6., & 7. Adden. ad Buratt.deciſ.903.num.16. Rot. deciſ.111. num.8.part.5. recent., & deciſ.18.num. pr., & pluribus ſequen. poſt Antonell. de Jurib., & oneribus Clericorum.*

Quin dicatur quod dignioritati, ac præcellentiæ hujuſmodi ſatisfiat eo ipſo, quod Cruci Eccleſiæ Metropolitanæ relinquitur manus dextera, quæ dignior reputatur, abſqueeoquod Crux Patrum Adverſariorum collocari debeat retrorſum; quoniam verbum *præcedere* inter cętera ſignificat anteire, ut tradit *Leonell. de præcedent. quæſt. 3. articul. 2. in princip.* Ibi -- Vel dicas ulteriùs pręcedentiam dictam eſſe à verbo pręcedere ideſt anteire *Bordon. oper. moral. tom. 4. in theatro præcedent. num. 2.* Ibi -- componitur autem ex præ, & verbo cedo, quod ſignificat anteire.

Et hic intellectus præcipuè amplecti debet in materia proceſſionum, in quibus ſpeciale eſt, quod præcedentia conſiſtat in antecedendo, & ſubſequendo, adeoùt qui minus digni ſunt, pręmittantur, & qui magis digni ſubſequantur, ut docet *Præpoſitus in can. Concilia S. Epiſcopos ſub num.3. diſtinct.18.* Ibi -- Et qui minus digni, pręmittuntur, & qui magis digni, ſubſequuntur, *Quart. de proceſſion. ſeſſ.pr. punct.2. ſub num. 3. fol.2.* Ibi -- Primo Juniores, & minùs digni, deindè gradatim digniores, quod eſt proprium proceſſionis, *& puncto 3. ſub num. 3.* Ibi -- Et qui pręcedebant, & qui ſequebantur, *& puncto 3. ſub num.20.* Ibi -- Simili ergo ratione in proceſſionibus primo incedunt Clerici minorum Ordinum, deindè gradatim ſequntur aliis minoribus ordinibus inſigniti *Giron. in paratitl. lib. 5. decretal. titul. 33 fol.90.* Ibi -- Inter ipſos majores ſunt quidam primi, quidam poſtremi, & inferiores, *Pacian. de probat.*

lib. 2. *cap.* 26. *num.* 109. *in fin.* Ibi --
,, & idem etiam dicitur in præceden-
,, do, & ſubſequendo, ut ſcilicet di-
,, gnior, aut præcedat, aut ſubſequa-
tur *Sperell. deciſ.* 179. *num.* 20. *libr.* 2.
,, Ibi -- Ut ſcilicet inferiores antece-
,, dant, & digniores ſubſequantur
Pax Jordan. lucubr. diverſ. lib. 11. *tit.*
,, 2. *num.* 28. Ibi -- Nam minores præ-
,, cedunt, & majores gradatim ſubſe-
quntur, *Bordon. in theatro præcedent.*
,, *ſub num.* 562. Ibi -- qui habet præ-
,, cedentiam inferiorem, dicitur ſe-
,, qui alium habentem illam in loco
,, Superiori.

Nec diverſimodè ſe res habere valet; quoniam aliàs æqualis incesſus datur etiam inter æquales, imò præciſò arguit dignitatis æqualitatem, ut notat *Geminian. in cap. ut Apoſtolicè num.* 2. *de privilegiis in* 6. *Boer. in tract. de auctorit. Magn. conſil. nu.* 29. & 42. *Gratian. diſcept. forenſ. num.* 50., *Rot. deciſ.* 607. *num.* 12., & 13. *coram Merlin.* Ibi -- Et æqualis habitus dela-
,, tio, & incesſus in procesſionibus
,, æqualem exigit præheminentiam
,, in ſedendo, arguuntque dignitatis
,, æqualitatem: adeoùt ad explicandam dignioritatem, & præcellentiam unius ſupra alium non ſatis ſit, quod unus incedat à dextris, alter autem à ſiniſtris, ſed neceſsè ſit, quod unus antecedat, alter autem ſubſequatur, unus in eminentiori, alter autem in inferiori ſede collocetur, ut in puncto firmat *Chaſſan. in catalog. glor. mund. part. pr. conſiderat.* 12., ubi poſtquàm præmiſit locum medium inter duos eſſe
,, digniorem, ait Ibi -- quod intellige
,, quoniam omnes fiunt æquales ali-
,, quali qualitate, ſed ſi non eſſet ali-
,, qua æqualitas, ſemper major de-
,, beret ille in eminentiori, & altiori
loco *Larrea alleg. fiſcal.* 51. *numer.* 4.
,, Ibi -- ut qui majori dignitate præ-
,, ſtat, præeminentiori loco excellat,
,, & ſedeat, vel inter æquales, qui an-
,, tiquior in officio, vel ætate præce-
,, dere debeat *Manſ. conſult.* 589. *ſub*
,, *num.* 5. *lib.* 5. Ibi -- Qui ordo de ne-
,, ceſſitate ſervandus eſt, & in hoc
,, præcipuè conſiſtit, ut diſpar locus
,, inter diverſa membra, & officia aſ-
,, ſignetur, & gradu inferiores ſupe-
,, rioribus ſubiiciantur, & ſubſint, &
,, *num.* 9. Ibi -- ut unuſquiſque ordo
,, dignitate alium præcellit, in altiori
,, quoque loco ſedere debet, & paulo
,, poſt Ibi -- ne graduum perturba-
,, retur traditus ordo, & monſtruo-
,, ſum cum Scandalo cerneretur, ut
,, habitu, & dignitate difformes ad-
,, mixti eumdem occuparent locum,
Rot. deciſ. 459. *ſub num.* 44. *part.* 19.
,, *recent. tom.* 2. Ibi -- Et licet non dica-
,, tur in antiquis Sententjis, quod di-
,, gnitates, & Canonici Collegiatæ ha-
,, beant digniorem locum in Proceſ-
,, ſionibus, & Parochi ante ipſos ince-
,, dant ſub eorum Cruce &c., adhuc
,, in eis id implicitè continetur, qua-
,, tenus declarant hanc Collegiatam
,, eſſe majorem, & principaliorem
,, omnibus aliis Eccleſiis, ad quod
,, conſequitur, ut locum habeant di-
,, gniorem &c., quodque incedant Re
,, ctores in inferiori loco, & *in dicta Oppiden. procesſionum* 18. *Maii* 1646.
in prin-

in principio coram bo. me. Veroſpio Ibi --
„ Orta inter Clerum Terrę Novę Op.
„ piden. diæceſis, & Monacos Cæle-
„ ſtinos controverſia ſuper ordine
„ incedendi in publicis proceſſioni-
„ bus, eàque inter eoſdem hac ratio-
„ ne tranſactà, ut quilibet Monachus
„ à ſiniſtris Præsbiterorum incederet;
„ Cum illa poſteà in Sacra Rituum
„ Congregatione impugnaretur, re-
„ miſsà causà ad hoc Tribunal, mi-
„ hique delata, dubitavi, quo ordine
„ in publicis proceſſionibus ibidèm
„ dirigi debeat inceſſus; & Domini
„ reſpondendo pro Clero Sæculari
„ decreverunt, ut omnes Monachi
„ teneantur anteire, & locum ulti-
„ mum tanquam digniorem toti Cle-
„ ro reſervare: Ex quo Clericorum
„ cætus uti dignitate præſtantior, &
„ tempore antiquior ordine Monaſti-
„ co, in publicis functionibus debet
„ eumdem præcedere, & omnium
magis explicitè *Thomaſ. tract. var. tract. de præcedent. ſeù prebeminent. nu.*
„ 428. *fol.* 244. Ibi -- Limita ordinem
„ in proceſſionibus eſſe, ut minus di-
„ gni antecedant, digniores que ſe-
„ quantur, non autèm, ut digniores
„ à Dextris, & minùs digni à Siniſtris
„ incedant, ut Sacra Congregatio de-
„ claravit,

Deindè coæqualis inceſſus ambarum Crucium permitti non valet etiam ex eo, quod agitur de Crucibus Hominum diſparis profeſſionis, altera ſcilicet Clericorum Sæcularium, & alterà Regularium; Homines quippè diſparis profeſſionis, & habitus, inſimul Sociari non debent, quià in uno, eodemque officio non debet diſpar eſſe profeſsio, nec cohærere, coniungique poſſunt quibus, & ſtudia, & vota diverſa ſunt, ut his propè verbis Statuit Concilium *Hiſpalenſe relatum in can. in nova 16. quæſt. pr. ubi ponderat illud Deuteronomij* 22. non arabis in bove ſimul, & aſino, ideſt homines diverſæ profeſſionis in uno officio non ſociabis, prout & ait *Summus Pontifex in cap. 27. de election.*, addens, non debere quempiam veſtem induere de lana, linoque contextam, quòd, & inſinuaſſe videtur *D. Hieronimus ad Heliodorum, dum inquit* -- alia cauſa eſt
„ Monachi, alia Clerici, *ut refertur in*
„ *can. alia 16. quæſt. pr., & D. Gregorius*
„ *Epiſtol. 2. lib.* 11. Ibi -- Erat litania
„ alia Clericorum, alia Monachorum.

Quibus ex auctoritatibus communiter invaluit apud Doctores opinio, quod non poſſint in Proceſſionibus Clerici Regulares mixtim incedere cum Sæcularibus, ſed quod illi antecedere, iſti autem tanquã digniores ſubſequi debeant, ut videre eſt apud *Cravett. conſil. 96 num. pr., & duobus ſequen., Barboſ. de offic., & poteſt. Epiſcop. allegat. 78. num. 35., & de Canonic., & dignitat. cap. 18. num. 69., & in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect. 91. num. 32., & collect. 172. num. 8., & collect. 590. num. 9, & collect. 643. num. 2., & 3. Quart. de proceſſion. punct. 4. quæſit. pr. in fin. fol. 151., Thomaſ. tract. var. tract. de prebeminent. ſeù præcedent. nu. 285. fol. 169. Manſ. conſult. 589. num. 18 verſicul. item diſtinctus lib. 6. latè Sperell. deciſ. 179 num. 19.,*

& pluribus ſequen. libr. 2. Bordon. oper. moral. tom. 4. in theatr. præcedent. num. 416., *Tignatell. conſult. Canonic. tom.* 9. *conſult.* 172. *num.* 14 *in fine*, qui ferè omnes teſtantur de pluribus reſolutionibus Sacræ Rituum Congregationis, proùt & hanc opinionem ſequuta eſt *Rot. in dicta Oppiden. Proceſſionum coram. Veroſpio.*

Non prætereundo, quod non poſſunt Patres Adverſarii prætendere perferre Crucem diverſo ordine, quàm, quo incedit eorum corpus, quià Crux eſt deſignatiuum, ſeù repræſentatiuum illius, ut liquet ex auctoritatibus ſuprà citatis §. *Et hujus militiæ*, Et ideò cum non unitim, & in linea æquali cum Capitulo Eccleſiæ Metropolitanæ incedat Corpus dictorum Patrum, quomodò unquam volunt iidem Patres in principio proceſſionum unitìm, & in linea æquali cum Cruce Eccleſiæ Metropolitanæ perferre Crucem?

Et maximè quià ſi permitteretur unio dictarum Crucium in principio proceſſionum, jàm non ampliùs Capitulum Eccleſiæ Metropolitanæ, & Patres Adverſarii duo diſtincta corpora futura forent, proùt & ſunt, & eſſe debent, ſed unitum dumtaxàt corpus, quià hic eſt effectus unionis duarum Crucium, ut denotet duo corpora in unum corpus coaleſcere, & effici unum, ut dixit *Rot. deciſ.* 19. *num.* 20 *poſt Antonell. de Jur., & onerib. Clericor.*: quo certe nihil excogitari poteſt intolerabilius, & abſurdius, ut intelligant Patres Adverſarii unum corpus facere cum Eccleſia metropolitana, & ejus Capitulo; nimiumque dolendum eſt, (quemadmòdum *D. Auguſtinus exclamaſſe dicitur in can. legi* 16 *quæſt. pr.*) Si ad tam ruinoſam
„ Superbiam Monacos erigimus.

Et hæc, quæ in abſtracto loquendo difficultatem pati non poſſe videntur ullam, in concreto certiora, & indubitabilia prorsùs fiunt ex facto videlicet ex vetuſto Codice directorio proceſſionum, in quo priori loco deſcripta legitur Crux Capituli, ſeu Eccleſiæ Metropolitanæ, poſteriori autem loco deſcripta Crux Patrum Adverſariorum Ibi-

✠ LO STENDARDO DI S. MARIA DEL FIORE.

✠ LO STENDARDO DELLA BADIA DI FIORENZA.

Unde infertur, quod non inſimul dictæ Cruces incedere debent, ſed ordine ſucceſſivo, nam optimum eſt argumentum in hac materia, quod ſumitur ex ordine deſcriptionis, ſivè Scripturæ *Petr. Enriquez conſil.* 71. *nu.* 11. *Chaſſan. in Cathalog. glor. mund. part.* 4. *conſiderat.* 52. *verſ. nono Rot. deciſ.* 322. *num.* 5. *part.* 6., *deciſ.* 242. *num* 14. *part.* 16., *deciſ.* 196. *num.* 3. *part.* 18. *recent., & deciſ.* 1025. *num.* 2. *coram clar. mem. Emerix. Jun.*

Ponderando prætertim quod dictæ Cruces deſcriptæ noſcuntur, ut ſuprà, ſub duobus diſtinctis verſibus, ſive lineis; è converſo autem alia quamplura corpora, quæ certo certius

tiùs unitìm, ac per modum unici corporis incedere debent, ſub uno tantum verſu, ſivè linea explicatæ fuerunt Ibi —

Frati di S. Spirito, S. Jacopo, e S. Stefano.

Frati del Carmine S. Maria Maggiore.

Et ſic de aliis: Hæc enim difformitas deſcriptionis demonſtrat, quod alia dictis Crucibus incedendi norma præfixa fuit, & ſic quod ipſæ non unitìm, ac per modum unici corporis prout alia præmemorata Corpora incedere debent, ſed disjunctìm, atque ordine ſucceſſivo ex firmatis per *Adden.ad Gregor.deciſ.* 301. *num.* 18. *Rot. deciſ.* 240. *num.* 9. *& deciſ.* 306. *num.* 5. *part.* 14. *recent.*

Et in hunc ſenſum conſonat fides publici Directoris Proceſſionum ajentis, quod viginti annorum ſpatio, quibus hoc in munere verſatus fuit, ſemper, & in concuſsè conſuevit priori loco vocare Crucem Eccleſię Metropolitanæ, deindè autem interiecto aliquo temporis intervallo, Crucem Patrum Adverſariorum;

Id enim ipſe non alia ratione fecit, aut facere valuit, quam quià non pari paſſu, ſed una poſt aliam dictę Cruces incedere debent.

Et demum conſonat actualis obſervantia, ſivè uſus, quia ex depoſitionibus plurium Teſtium habetur, quod Crux Patrum Adverſariorum ſemper nonnullis retrò paſſibus delata fuit poſt Crucem Eccleſiæ Metropolitanæ, & quod id ipſi plurimorum annorum ſpatio ſuis oculis conſpexerunt, & eſt in Civitate Florentiæ publicum, & notorium: Cujuſmodi obſervantia, ſivè uſus plurimùm valet in materia pręcedentiæ *Gratian diſcept.* 845. *num.*4., *Rocc. de offic. rubr.*6. *num.* 42., *Tondut. quæſt. benefic. part. prima cap.* 81. *num.* 3., *& part.* 2. *cap.* 173. *num.*6. *Rot. deciſ.*4. *num.*6. *poſt Novar. in Summ. Bullar.*, & ſignanter ubi, provt hic, conformis exiſtit cum Juris diſpoſitione.

Et hinc nulla vis fieri valet in nonnullis Hiſtoricis affirmantibus, quod Crux Patrum Adverſariorum in proceſſionibus incedit inſimul cum Cruce Eccleſię Metropolitanę; quià id non probat, quod non aliquibus paſſibus eam ſubſecuta fuerit, quia rectè inſimul incedere dicuntur, qui in eodem corpore proceſſionum incedunt, tamètſi unus antecedat, alter autem ſubſequatur; nam dictio *inſimul* verificatur in continuatione quacumque non ſolum ordine ſimultaneo, verum etiàm ſucceſſivo juxta doctrinam *Bartol. in leg. ſi plures ff. de iniur.*, *plenè Rebuff. in leg. reſtituere* 35. *verſ. quandoque reſpicit ff. de verbor. ſignificat.*

Ultraquamquòd dicti Hiſtorici nullam fidem merentur; nam tritum eſt, quod Hiſtoricis in tantum fides adhibetur, in quantum Hiſtoria per eos relata, fuerit communiter recepta, & approbata, eique ab antiquo per communem populi conſenſum fides impoſita, ut per *Franciſc. de Angel. poſt tract. de confeſſion. tom.pr. opuſcul.pr. num.* 16. *Bonden. Col-*

luct. legal. tom. 2. colluct. 15. num. 69., *Rot. deciſ. 221. num. 3. poſt. Torr. de pact. futuræ ſucceſſion.*, *& deciſ. 17. nu. 20.*, *& 21. coram Arguell.*; quod dici non valet de his, qui in contrarium magnificantur, quia ſunt omnes moderni; & quod plus eſt ſunt omnes ferè de gremio Patrum Adverſariorum, videlicet Monachi Caſſinenſes, qui propterea ex hoc etiam capite nihil probant *Lezzan. oper. moral. tom. 4. de Cathedralitat. Eccleſiæ S. Mariæ cap. 6. nu. 418.*, *& ſeq.*, *Rot. deciſ. 132. num. 5. coram Coccin.*, *& deciſ. 336. num. 17. coram Rojas.*

Quìn imo etsì etiam per hypotheſim verum foret, quod Crux dictorum Patrum conſueviſſet in proceſſionibus pari paſſu incedere cum Cruce Eccleſiæ Metropolitanæ, adhuc id in nihil penitùs relevaret; quià cum inter homines dignitatum ordines ſtabiliti, & diſcreti fuerint Jure Divino, naturali, Canonico, & Civili; Divino per illud *Pauli Apoſt. ad*
„ *Ephesios* 4. Ibi — & dedit quidem
„ quoſdam Apoſtolos, quoſdam au-
„ tem Prophetas, alios Paſtores &c.,
„ *& Luc.* 14. Ibi — da huic locum, &
„ recumbe in noviſſimo; Naturali, quià natura nec omnes inter Summos, nec omnes inter infimos conſtituit, *ut in S. Ordinatione Auth. de Monach.*, Canonico, *ut in can. principiũ de pænit. diſtinct. 2.*, *& in can. ad hoc diſtinct. 89.*, *& in tot. titul. de majorit. & obedient.*, & Civili, *ut in leg. ut gradatim ff. de muner. & honor & in leg. pr.*, *& 2. Cod. ut dignitat. ordo ſervetur lib. 12.*, *& fusè comprobant Hermoſill. ad Lopez partit. 5. in prolog. gloſſ. 2. num. 129.*, *& ſequen.*, *Villoſ. poſt tract. de fugitiv. diſſert. 2. num. 4.*, *& pluribus ſequen.*, *Manſ. conſult. 589. num. 4.*, *& duobus ſequen tom. 6.*, *Ceccoper. lucubr. Canonic. libr. pr. num. 12.*, *& pluribus ſequen.*

Conſequentèr nulla dicti Ordines conſuetudine confundi, aut de medio tolli, ſeù aboleri valent, nàm ut *Apoſtolus ait pr. ad Corinthios* 12. Si
„ erunt omnia membra unum mem-
„ brum, ubi corpus? eleganter non minùs, quam ſolidè *D. Bernardus lib. 3. de conſiderat. ad Eugen. cap. 4.* Ibi -
„ Sunt & mediocres, ſunt & inferio-
„ res, & quomodo, quos Deus coniun-
„ xit, non ſunt ſeparandi, ſic neque
„ quos ſubiũxit, comparandi, & benè ex noſtratibus admonent *Valenzuel. conſil. 121. num. 82.*, *& ſequen. Cruſ. de preheminent. lib. pr. cap. pr. num. 33.*, *& meliùs cap. 12. nu. 13.*, *Villoſ. poſt tract. de fugitiv. diſſert. 2. num. 7. Romaguer. ad Conſtitut. Sinodal. Barchinonen. lib. 3. titul. 5. cap. 9. num. 3.*, & in ſpecialibus terminis, quod non teneat conſuetudo, quod Regularis mixtìm incedat in proceſſione cum Sæculari, firmatum fuit in *Sæpedictâ Oppiden. proceſſionum coram Veroſpio*, in qua hoc ampliùs revocatæ fuerunt plures contrariæ tranſactiones, ſivè concordiæ, ac etiàm Sententiæ.

Idemque dicẽdum quoad qualitatem, ſeù conditionem Crucis per Patres Adverſarios deferendæ, ut ſcilicet non debeat eſſe ejuſdem, ſed brevioris menſuræ Cruce Eccleſiæ Metropolitanæ, quià ſemper Cruces

per

per Regulares deferri debent cum aliquo ſigno connotativo inferioritatis reſpectu Cleri Sæcularis *Pellizar. in Manual Regular. tom. pr. tract. 5. cap. 11. num. 28. Lezzan. oper. moral. tom. pr. cap. 10. num. 19., Pax Jordan. lucubr. diverſ. lib. 11. titul. 2. num. 16., Capon. diſcept. 198. num. 7., Carol. Anton. de Luc. in obſervat. ad Ventrigl. in prax. For. Eccleſiaſt. annotat. 12. §. Unica num. 2. fol. 102.*

Pręſertim ſtante conſuetudine, de qua plenè deponunt præmemorati teſtes, quod nempè Crux Patrum Adverſariorum ſemper menſuræ brevioris extiterit Cruce Eccleſiæ Metropolitanæ; non enim in Crucibus, vel in ſignibus in proceſſionibus deferẽdis quidquam innovare, & novas Cruces, vel inſignia deferre licet, juxta reſolutionem a Sacra Rituum Congregatione emanatam in *Calaguritana nullius 4. Martii 1606., cujus meminit Barboſ. in Summ. Apoſtolic. deciſ. collect. 324. num. 6., Capon. diſcept. 198. num. 6. in fine.*

Quare &c.

Vincentius Amadorius olim de Manieriis Sacra Conſiſtorialis Aulæ Advocatus.

BO. MEM. VEROSPIO

OPPIDEN. PROCESSIONUM.

18. *Maii* 1646.

ORta inter Clerum Terræ Novæ Oppiden. Diœceſis, & Monachos Cæleſtinos controverſia ſuper ordine incedendi in publicis Proceſſionibus, eaque inter eoſdem hac ratione tranſacta, ut quilibet Monachus à Siniſtris Presbiterorum incederet. Cum illa poſtea in S: Rituum Congregatione impugnaretur remiſſa cauſa ad hoc Tribunal, mihique delata, dubitavi, quo ordine in publicis Proceſſionibus ibidèm dirigi debeat inceſſus, & DD. Reſpondendo pro Clero Sęculari decreverunt, ut omnes Monachi teneantur anteire, & locum ultimum tamquam digniorem toti Clero reſervare: Ex quo Clericorum cętus uti dignitate pręſtantior, ac tempore antiquior ordine Monacorum in publicis Functionibus debet eumdem præcedere juxta diſpoſitionem Juris *in cap. legi 36. cap. aliarum 106. quæſt. pr., & notat gloſ. in cap. Religioſo. 21. in verbo exhiberi verſ. cum dignior. de Sent. exc. in 6., & in cap. qualiter in ult. Gloſ. de Accuſat. DD. in Can. Epiſcopus 16. diſt. poſt Gl. in verbo Tempus, ubi Gemin. nu. 2. Turrecrem, & Præpos num. 3., Felin.*

in

*in Rub.nu.*5. *de Majorit.,*& *Obed., Botteuſ. de Synod. part.* 5. *num.* 29. *Afflict. ſuper conſt. Regn. in Prælud. quæſt.* 26. *num.*2., *Caſſan. in Catalog. glor. mund. part* 4.*conſid.*77.,*Ciaſ. de Effect. Cleric. in prælud.num.*392. *Rot. in Rom. Præcedentiæ* 18. *Maii* 1620. *coram Sacrat. impr. part.* 4. *recent. tom.* 2. *deciſ.* 214. *nu.* 4.; Mixtus autem inceſſus perſonarum diverſæ profeſſionis, ac ordinis reprobatur in *cap. Cauſa.* 27. *de Elect. Clement. pr. eod. tit.,* & *in his terminis Aym. conſ.*96.*num.*3., qui in Eccleſia militanti ad inſtar Cæleſtis Hierarchiæ debet regulari *cap. ad hæc.* 89 *Rot. in Valentina Juris ſedendi* 12.*Jun.* 1634. *cor. bon. mem. Merlin.*

Et hæc Juris diſpoſitio fuit deinde in Ceremoniali Epiſcoporum approbata *lib.*2.*cap.*32. in publicis Proceſſionibus eidem Clero præcedentiam reſervante, quod uti Authenticum, ac deciſiorium vim legis obtinet in *cap. conſuluit. de ſerv. non ordin.,* ubi *Hoſtienſ. nu.*7. *Jo. Andr. nu.* 4. *Menoch. conſ* 52.*nu.*145. *Botteuſ. de Syn. par.*3. *nu.* 6. & 43. *Lotter. de re Benef. lib. pr. quæſt.*16 *nu.*132.*Franch.dec.*253.*nu.*7. Eamque S.Cõgreg. ſemper retinuit, *ut in una Caſtellæ,* & *Legionis* 30.*Aug.* 1602., *in Marſicana* 30. *Septemb.,* & 5. *Octobr.* 1614., *in Tullen* 12. *Mart.* 1616, & *in Meſſanen.*7. *Aug.* 1621., cujus declarationibus reverenter detulit hoc Tribunal, ſicut ſemper conſueviſſe teſtatur *Rot. cor. Buratt. deciſ.*479. *nu* 3., & *in Avverſana Beneficiorum* 3.*Jul.* 1606. *cor. Sacrat.,* & *in Nicen. Parochialis* 20. *Maii* 1624. *cor. Ubald.,* & *in Tiburt. Parochialis* 27.*Jun.*1626. *cor. bon.mem. Pirovano;* *Maxime quia S.M. Clem.VIII. ſub die* 6. *Novemb.* 1603. ex ejuſdem Congregationis voto in propriis etiam Regularium Eccleſiis, ac Conventibus in Caſtellæ, ac Legionis Regnis exiſtentibus Clero Sæculari præcedentiam decrevit, quod deinde decretum *ſub die* 3.*Auguſt.* 1622. fuit a S.M.Greg.XV.confirmatum, ut refert *Barboſ. de Off. Ep. alleg.* 78. *num.* 5.

Non obſtat allegata in contrarium conſuetudo, quæ in materia præcedentiæ ſolum attenditur juxta Doctr. *Bald. in cap. Olim. nu.* 1. *de Conſuetud., quam ſecuta fuit Rot. coram Seraph. deciſ.*964 *nu.*1.*cor.Caval. deciſ.*649., & *in Placentina Præcedentiæ* 27. *Junii* 1633. *cor. bon.mem. Merlin,* & *in Bonon. Decanatus* 19.*Jun.* 1643., & 20. *Mart.*1644. *coram R.P.D.meo Meltio,* etiam ſi illa fuiſſet a Jure reprobata, ut tradit idem *Bald. in cap. cum olim. nu.* 1. *de Conſuetud.* & *in l. Obſervare* §.*Antequam n.*3.*de Off.proconſ.Modern. Mantuan.controv. Jur.*101. *nu.* 168.& 169. *Rovit deciſ.*77.*nu.*7. *Rot.cor. Seraph. in d. deciſ.*963. *nu.pr.,* & *in deciſ.* 85. *nu.*6., & 483. *nu.*5. *par.* 5. *recen.,* & *in Rom.Præcedentiæ* 5.*Jun.*1599.*cor. Orano.,* & 18. *Maii* 1620. *cor.Sacrat. par.*4. *tom.*2. *rec. deciſ.*214. *nu.*14., & & *in aliis per add. ad Burat. deciſ.*903. *num.*41.

Quia eadẽ cõſuetudo abrogata cenſetur a Bulla Clem.VIII. Ceremonialis confirmatoria, emanata ſub ampliſſimis Clauſulis cuicumque conſuetudini derogatoriis, ex quibus irritata

ritata fuit quælibet præterita conſuetudo, vel in futurum inducenda, ut notant DD. *in l. ſi mibi, & tibi 12. §. Ult. ff. de leg. 1. ubi Bald. in fin. Angel. nu. 3. Alexand. nu. 7. in princ., & verſ. puto tamen, ubi teſtatur de communi Gratian deciſ. 16. nu. 9. Rot. in Cracovien. Juris legendi 30. Mart. 1629. cor. Zucisp.*, Prout etiam ſublata ex irritanti decreto appoſito in ea Bulla, ut notat *Felin. in cap. Cum acceſſiſſent. nu. 3. de Conſtit. Gemin in cap. Cum beneficio nu. 6., ubi etiam Jo. And. nu. 1. verſ. Et maxime ubi eſt decretum Franc. nu. 4. de probat. mum. 6. latè Gabriel. de clauſ. concl. 3. nu. 39. & 40.*

Neque etiam viſa fuit obſtare duplex cōcordia inter partes ſubſequuta, ac Juris jurandi vinculo munita, quę a S. Pontifice ſub ea generali conſuetudinum derogatione caſſata non preſumitur ex *Not. in cap. Conſtitutus de reſcript., & per gl. in cap. cum non deceat in fin. Verb. effectus de elect. lib. 6., & in Clem. Dudum § Verum verb. Pacta de Sepult. Alexand. conſil. 123. nu. 7. lib. 4.*

Nam prima tranſactio corruit ex defectu ſpecialis mandati in Procuratore nomine Cleri eam ſtipulante contra diſpoſitionem *Text. in l. mandato ff. de procur., & l. tranſactionis Cod. de Tranſact. Bero. conſ. 76. nu. 17. lib pr. Rot. cor. Burat. deciſ. 54. nu. 4. dec. 629. nu. 4. par. 2. rec.*, & tollitur ex Bulla Clem. cujuſcumque conſuetudinis reprobatoria, cum quęlibet tranſactio, ſeu pactum plus operari non valeat ipſa conſuetudine, ut notat *Bald. in l. de quibus ff. de legib., & in conſ. 318. nu. 1. libr. 2. Decian. reſp. 21. num. 73. lib. 1. & reſp. 7. num. 73. lib. 3. Vivius deciſ. 165. nu. 7.*

Et in utraque deficit Beneplacitum Apoſtolicum, cujus præſumptio ex ſpatio longi temporis non admittitur in conſuetudine per Bullam abrogata, ut tradit *Aretin. in §. Æque nu. 19. verſ. Advertas tamen, Inſtit. de Action Abb. in cap. Pervenit nu. 3. verſ. Sed ponendo de Cenſib. Gl. in cap. 1. circa med. de præſcript. lib. 6 Mareſcot. Var. lib. pr. cap. 13. nu. 37. Rot. in Placent. Decimarum 29. Maii 1686. cor Bubal.*

Nec demum Viſę fuerunt obſtare ſententiæ de partibus, ac decreta S. Rituum Congreg. ſuper hujus Concordiæ obſervantia, poſtquam Sententiæ non juſtificātur ex actis, ut advertit *Rot. cor. Caval. deciſ. 215. nu. 4., & cor. Burat. deciſ. 151. nu. 5. & cor. Reverendiſs. Urgellen deciſ. 424. nu. pr., & deciſ. 94. nu. 43. part. 7. recent.* Decreta vero non ſunt definitiva, nam primū emanavit cum præſervativa Jurium ambarū partiū; Ab aliis repoſuit *ſub die 5. Mart. 1634.*, & in ultimo facultatem partibus conceſſit, impugnandi tranſactionem in hoc S. Auditorio.

Et ita utraque &c.

F I N I S.

LUCÆ, Typis Dominici Ciufetti 17. Januarii 1704. *Superiorum Permiſſu.*

005678129

Digitized by Google